

Resp. — Affirmative.

Die 4 martii 1901.

D. Card. FERRATA, *Praefectus*.

D. PANICI, Arch. Load, *Secretarius*.

Decret Urbis et Orbis

A partir de 1903, la fête de saint Jean-Baptiste-de-la-Salle, sera célébrée le 15 mai *dans toute l'Eglise*, sous le rite *double mineur*.

Ad huimillimas preces Rev. Fr. Robustiani, Procuratoris Generalis et Postulatoris Congregationis Fratrum Scholalarum Christianarum, ab infrascripto Cardinali Sacro consilio legitimis Ritibus cognoscendis ac tuendis Praefecto relatas, Sanctissimus Dominus Noster. Leo Papa XIII, ex ipsius Sacrae Congregationis consulto benigne concedere dignatus est ut festum S. Joannis Baptistae de la Salle Conf. cum *Officio et Missa de communi Conf.* non *Pont.*, exceptis Oratione et Lectionibus secundi ac tertii Nocturni propriis, sub ritu duplici minori, die decinia quinta Maii, post annum 1902, ab universa Ecclesia quotannis recolatur; mandavit que ut Kalendario Universali, ac nonovis editionibus Breviarii et Missalis Romani ejusmodi festum cum supradicto Officio ac Missa (de eodem communi *Off.* *justi*, praeter orationem et Evangelium) inscribatur, nec non Elogium, prout huic praejacet Decreto, Martyrologio Romano inseratur. Contrariis non obstantibus quibus cumque.

Die 10 februarii 1901.

D. Card. FERRATA, *Praefectus*.

D. PANICI, Arch. Laod., *Secretarius*.